



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XXII. Qvomodo Ivlinenses exemplo Stetinensium de apostasia resipuerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

hi qui de insidijs erant, à STETINENSIBVS cœperunt agnosci, confusi de facto fuerunt. At sacerdos qui hæc machinatus erat eadem hora domi cum amicis residens paralyti vehementissime cœpit vexari, languore suis cum Dijs non immerito laniantibus. Cumq; ore, oculis, ac tota facie distorta, frontem ad scapulas verteret, miserabili corporis agitatione in mortem solueretur, ait, Hæc patior propter insidias & mala quæ contra OTTONEM feci. In hac voce vitam finiuit. Tantus autem fœtor subsequutus est, vt Pluto ipse infernalis, vel quisquis illic est maximus, ab huius faucibus spirare putaretur. Item alius quidam de sacerdotibus OTTONI contrarijs cum ad negotia sua cum institoribus fortè nauigaret, in insulam quandam nauæ, vt adsolet, ad suas commoditates applicuissent, iste alienata mente, nec vultu nec voce sanum quid agens, à comitibus notatus est. Cumq; seorsum ab alijs insula veluti per amentiam vagaretur, iuuenes quidam quasi per lasciuiam secuti, delirum fune persequuntur, ad arborem ligant, ac cædunt. Ille vero incautis motibus vinculorum impatiens solvere se luctabatur. Sed diuino iudicio cōfectus per funem qui collo iniectus erat, intercluso anheliu mortuus est.

QUOMODO IVLINENSES

*exemplo Stetinsium de apostasia
resipuerint.*

XXII.

PISCORVS autem Dei protectus auxilio cum IULINAM venisset, nihil ibi inuenit aduersitatis. Omnes enim redargutiones de apostasia seu de alijs excessibus patienter ferebant, indigna & mala opera sua dignis emendationibus ad eius doctrinam expurgare

purgare corrigere parati. Ille autem per manus impositionem, sacri verbi exhortationem sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ omnes reformauit, baptizatis pueris quoscumq; Sacramenti huius expertes inuenit. sicut cum exemplo STETINENSIVM pridem à fide recesserant, ita denuò conuerfis illis facillè còuertebantur. Illos enim per omnia imitari quasi pro sententia eis fuit.

DE MULIERE CÆCA QVO-
modo visum receperit.



VM autem sacris operib⁹ illic instaret Episcop⁹, XXIII.
mulier quodam in rure posita, nescio quo euen-
tu subita cæcitate percussa est. Audiens autem
antistitem adhuc esse in ciuitate, duci se illo iubet. Et veni-
ens corruit ante pedes eius, auxilium petens super clade
sua. * Si quid autem æris pendebat ante fores Ecclesiæ,
quod simplices, cum intrarent oraturi quasi ad excitandum
sanctos pulsare consueuerant. Episcopus ergo dum ad
succurrendò à muliere crebro inuocaretur, Vade, ait, ma-
ter, vade ad Ecclesiam, quassa campanam, excita sanctum
ADALBERTVM, vt te adiuuet. Abijt illa, Deum & sanctum
ADALBERTVM inuocans, arreptoq; fune non prius à pul-
satione signi cessauit, quam oculorum lumen reciperet.

Videntes autem ciues grãtias agunt domino super gra-
tiã huiusmodi & magis in fide Catholica roborati sunt. Sed
dum hac factum Episcopi meritis adscribere vellent, pro-
hibuit eos dicens, Non me miraculorum factorem, sed
peccatorem sciatis. Potius hoc beati martyris ADA-
BERTI meritis adscribendum certissimè noueritis. Num
obliti estis, quomodo priori Anno cum tota ciuitas ista

M m m incen.